

Xa  
4351



h. 15, 4

J



Alterum. nec fide.  
Sagunto. Secundum. Saguntum.

*id. est.*  
**S E D I N U M.**  
Oppugnatum. et. Expugnatum.  
*In. plausum.*

**NATALIS. XXXI.**

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI.  
DOMINI.

**JOHANNIS. ADOLPHI.**

Ducis. Saxoniae. Juliae. Cliviae. et. Montium. Land-  
Gravii. Thuringiae. Marchionis. Misniae. et. Utriusq;  
Lusatiae. Comitum. in. Marca. Ravensburgo. et. Barby.  
Dynastae. in. Ravenstein. &c.&c.

DOMINI. NOSTRI. CLEMENTISSIMI.

Ad. D. II. Nov. M DC. LXXIX.

*Natali. pariter. et. Supplicationi. publicae. per. terras.  
Saxonicas. pro. pace. impetrata. Solemnem.*

IN. ILLUSTR. AUGUSTEO.  
H. L. Q. S.



*Dicitur.*  
Proceres. Patronos. Civesque. Augustei. decenter.  
*invitat.*

**CHRISTIANUS. BICCIUS.** Polit. et. Orat. P.P.  
et. Adv. Dicast. Ducal. Ord.

WEISSENFELSÆ.  
LITERIS. JOHANNIS. BRÜHLII. AUGUST.  
TYPOGRAPH.



427/8:18.  
40.





ARMIA VIROSQUE, VIRI, CANAM,  
id est,

Senatum Populumque Sedinensem,  
Quos verè Viros dixerim, cum Vir à Virtute dicatur,  
Quam, vir non est, qui in Viris istis non stupet,  
Marte ipso stupente.  
Ab urbe conditâ Urbs Sedinum cos fuit,  
In quâ mortalium Virtus acueretur,  
Virtus maximè maxima maximi BRENNONIS,  
A quo ter oppugnata,  
Tertia demum vice expugnata,  
Non secus ac in singulari discrimine.  
Dignatantis Propugnatoribus Urbs,  
Dignatanto Oppugnatore & Expugnatore,  
Alterâ manu caduceum (FRIEDERICUS vocatur,)  
Alterâ hastam & galeam (WILHELMUS audit,)  
Obsessis præferente.  
Quibus tamen hasta & galea præ caduceo arridebat,  
Et bellum minime bellum videbatur.  
Nova ergo civium virtus, novis artibus territanda erat,  
Bombis, granatis, pyrobolis, missilibus ignitis,  
Novæ inventionis,  
Quas tamen artes novas,  
Vetus & verus adfectus in Regem Suum eludebat & elidebat.  
Pura nec adulterata unquam fides  
Judicio ferri igniti probanda erat,  
Et aureæ Virtutis aurum non nisi Igne dijudicandum,  
Illud ut in ipsa nocte arderet,  
Hostis facem in turrim vibraverat,  
Quâ ardente animus pugnandi propugnantium ardebat.  
Aræ licet laresque ruinis ignibusque deleti jacerent,  
Aræ tamen astare & orare,  
Sed & pro aræis ararum & larium pugnare placebat.  
Fatis licet undique adversis,  
Et DEO à vobis ferme averso,  
Sed & Elementis in Vos conversis,  
Igne quidem in templa tectaque Vestra furiali face grassante,  
Terrâ subterraneis dolis ruinas murorum minitante,

Aere

Aëre arido hosti vias ante imēabiles exsiccante,  
 Aquā pisces & comneatum omnem negante,  
 Vestra tamen fides inter hac adversa,  
 Minumē à Rege erat aversa;  
 Nil ultra timebatis, quā ne cœlum rueret,  
 Et ruiſſet licet & Orbis & Urbs in chaos suum rediſſet,  
 Vos tamen conſtitiffetis,  
 In fide inq̄, amore more Majorum,  
 Quem non continuabatis tantum sed duplicabatis.  
 Ululabatis cum LUPO, dum Regi grati eſſe cupiebatis,  
 Cum ipſo ceu Regiā ibi vice Gubernatore,  
 Pro Rege, Lege & Grege egregie pugnantes.  
 Nec id miſerrimum Vobis Viris fortibus erat,  
 Quod viscera veſtra infandā bomborum truculentia vel dilaniata,  
 Vel intra perpetem periculi ſortem, interq̄, inœſtum murmur videretis,  
 Stirpem Vobis deeſſe non poſſe cum Epaminonda putabatis,  
 Cum ex vobis natam relinq̄veretis hanc Obſidionem,  
 Quæ non modo Vobis ſuperſtes,  
 Sed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.  
 Nec id miſerrimum,  
 Quod tecta veſtra miſerabili ruinā ruerent;  
 Quot rudera, totidem decora Urbis veſtræ fore credebatis;  
 Nec id miſerrimum,  
 Quod menſarum deliciis carendum vobis eſſet,  
 Carere iis malebatis, ut Regi Veſtro in deliciis eſſetis.  
 Nec id miſerrimum,  
 Quod mercium commercium ſublato penitus eſſet,  
 Fortiter dimicando omne damnū contemnebatis.  
 Sed quod periculum erat, neu ignobiles bombi,  
 In modum nimbi & grandinis fuſi,  
 Vos Viros fortes haud inulte morituros auſſerrent.  
 O horribilem in tot adverſis fiduciam!  
 O exemplum invidendum celerius quā imitandum!  
 Non unam nunc meremini palmam,  
 Vos, quibus in fidei certamine omnes dant palmam;  
 Miratur vos præſens ætas,  
 Mirabitur poſtuma ætas.  
 Patimini, ut & ego inter tot admiratores,  
 Admirator virtutis veſtræ tunc præſens nunc abſens perſeverem,  
 Ego, quem DEUS ex Sedino velut ex buſto reſurgere voluit,  
 Non ſemel inibi in tumultu & viciniā mortis agentem,  
 Ut paucis multa!

Sedi-

FK No 4357

Sedinum Saguntum dicam,  
Ob invidiam in Regis partes fidem,  
Quævos, o Cives, etiam victos,  
Victos tamen salvâ fide & integrâ dignitate,  
Triumphare faciebat.

Equidem, quod ille ad Casarem,  
Sedinenses ad TE Potentissime Elector dicere poterant:  
Viros fortes Vir fortissime vicisti.

Si ab alio victi essetis, tristes fuissetis,  
Nunc à Principe Tanto vinci, triumphus erat.  
Levis palma est, quam major hostis habet,  
Nec inhonestum est, ei submitti,  
Cui ipsa Fortuna se submitit.  
Nunc, si famæ libet credere,  
Postliminio ad Regem revertimini,  
Ast quantum Regem!

Quotiens ò Rex Augustissime † nomen Tuum inspicio  
Totiens Majestatem nominis venerabunda mente suspicio,  
Evax! laus! Vir es secundum cor DEI!  
Cæterum cum Vestra VIRI arma vosq; VIROS cecinero,  
Evax! & ter evax!

PACEM VIRUMque canam,  
id est,

Pacem tot votis & suppliciis hædenus expetitam gratabor  
Europæ & in eâ Germaniæ,  
Simul & Heroi Herois AUGUSTI Augusto Heredi  
Serenissimo Principi ac Domino, Domino

**JOHANNI ADOLPHO,**


Duci Sax. Jul. Cliv. & Mont. &c.  
Domino nostro Clementissimo,  
Natalem XXXI.

Facturus id sum crastinâ Luce,  
Natalis sed & Supplicationi ob natam Pacem Solenni,  
H. L. Q. S.

Adeste VIRI, de Viris dicturo, Virumque adoraturo,  
Omni enim ex parte Vir est  
Princeps noster, Dominus noster,  
Cujus Salus, nostra Salus.  
Adeste inquam & complaudite!

P. P. ipsis Cal. Nov. M. DC. LXXIX.

† Carolus Undecimus Rex Syediz.  
anagr.  
Laus! evax! Vir es secundum cor Dei.



MC



ULB Halle  
002 376 741

3



LDMA







Xa  
4351

Alterum. nec fide.  
Sagunto. Secundum. Saguntum.

id. est.

# SE DINUM.

Oppug

NAT

SERENISSIM

## JOHAN

Ducis. Saxonix.

Gravii. Thuring

Lusatix. Con

Dy

DOMINI.

Natali. pariter.

Saxo

IN. I



Proceres. P.

## CHRISTIANU

et.



KI.

DOMINI.

## DLPHI.

ntium. Land-

et. Utriusq;

. Barby.

SSIMI.

per. terras.

E O.



center.

et. Orat. P.P.

WEISSENFELSÆ.

LITERIS. JOHANNIS. BRÜHLII. AUGUST.

TYPOGRAPH.



40. 24. 7. 18.